

Pius II. an NvK. Er gewährt ihm für die St. Nikolauskapelle in Kues das Privileg, einen Tragaltar nutzen zu dürfen, solange die Kapelle und ihre Altäre noch nicht geweiht sind. Das Privileg erstreckt sich auch auf Zeiten der Abwesenheit des Kardinals.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 469 f. 362r. Links oben am Rand: Ja(cobus) Lucensis.¹⁾

Druck: Kortenkamp, Urkunden 120f. Nr. 60.

Regest: Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 639 Nr. 4563.

Erw.: Vansteenberghe, Cardinal 459 Anm. 4; Meuthen, Die letzten Jahre 181 Anm. 7; Hensel-Große, St.-Nikolaus-Hospital 44.

Pius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali, nostro et apostolice sedis legato de latere, salutem et apostolicam benedictionem. Sincere devocationis affectus, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne promeretur, ut petitionibus tuis, illis presertim, quas ex devocationis fervore prodire conspicimus, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi in cappella 5 sancti Nicolai, quam infra terminos parochialis ecclesie ville de Cußa, Treverensis diocesis, ut asseris, propriis sumptibus construi effecisti²⁾, super unumquodque ex altaribus constructis in ipsa capella habere altare portatile cum debita reverencia et honore, super quo in dictis et aliis locis ad hoc congruentibus et honestis possis per te ipsum aut proprium vel alium sacerdotem ydoneum, ut tibi placuerit, missas et alia divina officia sine iuris alieni preiudicio in tua et familiarum tuorum domesticorum ac ceterorum presencia, eciam in tui absencia, celebrare ac perpetuo celebrari facere, quociens placuerit et oportunum fuerit, super altare portatile, dumtaxat donec et quousque capella et altaria in ea predicta consecrata fuerint, que, ut eciam asseris, nondum consecrata existunt³⁾, devocioni tue tenore presencium indulgemus ac eciam licenciam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et elargicionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem 10 omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Perusii anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, sexto Ydus februarii pontificatus nostri anno primo.

Gratis pro persona domini cardinalis.

P. de Bonitate.⁴⁾ 20

6 parochialis ecclesie: a.R. korr. aus parochie. 8 ad hoc: a.R. eingefügt.

¹⁾ Iacopo Ammanati Piccolomini; s.o. Nr. 4512 Anm. 2; Kraus, Sekretäre 27f.; Partner, Pope's men 217, 268 s.v.; De Vincentiis, Battaglia di memoria 207 s.v.; Simonetta, Rinascimento segreto 265 s.v. Zu seiner Tätigkeit als päpstlicher Sekretär s. auch Brosius, Breven und Briefe 187-189

²⁾ Zur Gründung des St. Nikolaus-Hospitals s. zuletzt oben Nr. 5822.

³⁾ Die Hospitalskapelle wurde erst im Jahre 1465 nach dem Tod des Kardinals geweiht.

⁴⁾ Petrus de Bonitate, päpstlicher Sekretär. Vgl. C. Märkl, Tommaso Parentucelli, Pietro da Noceto, Petrus de Bonitate und Enea Silvio Piccolomini. Zur Kanzlei der Legation Niccolò Albergatis in Arras (1435), in: J. Gießau (Hg.), Päpste, Privilegien, Provinzen. Beiträge zur Kirchen-, Rechts- und Landesgeschichte. Festschrift für Werner Maleczek zum 65. Geburtstag (MIÖG Ergänzungsband 55), Wien 2010, 291-312, hier 303f.